

Controversiarum, quale est in Theologicis Manuale *Becani*, aut Breviarium *Hülsemanni*. Breviarii *Juridici* videamus *Materiam & formam*. *Materia* consistit in quæstionibus (1.) *dubis*, ita excluditur pars *Didactica*, ea nempe quæ *Legibus* expressè decisa sunt, (2.) *juridicis*, ita excluduntur *philologicæ*, *philosophicæ*, (3.) *hodiernis*, ita excluduntur *abrogatæ*; (4.) *rariores* quoque *Pandectis* infra explicandis reservantur. Ponendæ enim hîc sunt *illustriores*, *disensionibus* nobilitatæ.

§. 79. *Forma* consistit in *ordine & modo tractandi*. *Ordo* sit idem qui *Elementorum* §. 7. *seqq.* usque ad §. 26. & *Institutionum* §. 53. *Modus tractandi* consistit in *rationibus dubitandi & decidendi*. *Utrobique* allegentur tantùm loca *Elementorum & Legum*, quæ vel *obstare*, vel *pro nobis esse* videantur. *Elementa* enim ita comparata esse debent *more Mathematico*, ut ex iis omnes quæstiones possint *decidi*. Et quemadmodum
Isaacus